III/365

SECHS G: GROSCHEN

Archiwum Rodziny
AUGUSTYNOWICZÓW-CIECIERSKICH
z Bacik 4

Positio Actorum Ter
restrium Drohiciensium, Celebrata
in Drohiczyn, Feria Secunda, ante
Festum Sanctæ Elisabeth, pro
ximâ: Anno Domini, Millesimo,
Quingentesimo, Quadragesimo,
Sexto

Veniens et Constituta personaliter Coram Judicio et
Actis Præsentibus Terrestribus Drohiciensibus Magni
fica Elisabeth Magnificorum olim Dominorum Joannis
Sapieha Podlasiensis et successive Gregorij Ostrzykowicz Tro
censis Palatinorum Relicta, obtulit et reproduxit Sacræ
Regiæ Majestatis Junioris Literas, Pergameneas, Sigillo
appenso Majori Magni Ducatus Lithvaniæ Communi
tas, innovationes, approbationes, ratificationes, con
firmationes, super Oppidum Mordy et Villas ad
illud pertinentes, in Districtu Drohiciensi sitas, nec
non ad alia Bona Łomiemogne Gołgody, Zdzitow,
et Lohost in Magno Ducatu Lithvaniæ Consistentia,
et etiam super Bona Głuchowo in Districtu Drohi
ciensi jacentia, quæ Bona præexpressa antea Sere
nissimo Domino et Domino Sigismundo Dei Gra
tia Regi Poloniæ Seniori Magnoq Duci Lithvaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ & Domino No
stro Clementissimo per Eandem Elisabeth Sapiezyna
Donata et inscripta sunt, et quorum Bonorum
Omnium præexpressorum in usufructu et posses
sione ad extrema tempora vitæ Ejusdem est conserva
ta, in se Denotantes: Quas quidem Literas petiit, ad
Acta

Acta induci admitti, et Judicium visis Talibus Sa-
cræ Regiæ Majestatis Literis Sigillo Magni Ducatus
Lithvaniæ Majori Communitis, ac manu propria Se-
renissimi Regis Sigismundi Augusti Junioris Subscr-
iptis: Sanis salvis et nonvitiatis eam ea qua decuit
Reverentia susceptis, ad Acta Terrestria Drohicziensia
Infrascriptas Sacræ Regiæ Majestatis Literas in-
duci et ingrossari admisit, Quarum Literarum Tenor de
verbo ad verbum talis est et sequitur, Sigismundus
Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæq, ac Samogi-
tiæ &c Dominus et Hæres. Significamus Tenore præ-
sentium, Quibus expedit Universis et singulis Præ-
sentibus et Futuris harum Notitiam habituris.
quia exhibitæ sunt coram Nobis Nomine Magni-
ficæ Elisabeth Sapiezyna Palatinæ Trocensis
Tenutricis et Possessoris Bonor. Mordy Oppidy et
Villarum ad Illud pertinentium in Districtu Dro-
hicziensi Ratorum Literæ, Quibus Advitalitatem et
Usufructum ad Tempora Vitæ Ipsius Palatinæ Re-
gia Paterna Majestas Ejus in Prefatis Bonis re-
servare dignata est. Supplicatum itaq est Nobis hu-
militer ut Easd. innovare approbare ratificare
et confirmare dignaremur, Quarum quidem Litera-
rum Tenor deverbo ad verbum sequitur et est talis.
Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Ma-
soviæq &c Dominus et Hæres. Significamus Tenore
præsentium Quibus expedit Universis et singulis
Harum Notitiam habituris quod attenta erga Nos
singulari Gratitudine Generosæ Elisabeth Magni-
ficorum olim Joannis Sapieha Podlacensis

Atandem

tandem successive Gregorij Chodkowicz Trocensis Pala-
tinor. Relictæ, Quæ ex sua spontanea et libera vo-
luntate, cupiens Nobis specialiter gratificari Nobis
et Successoribus nostris Bona sua Paterna in Distri-
ctu Drohicziensi consistentia dicta Mordy inperpetu-
um, nec non Bona quæ sibi per Maritum Ejus prio-
rem Joannem Sapieha ex legatione Ejus, atq ex certa
quadam Concordia cum Privignis suis Filijs Ipsius Jo-
annis ex priori Uxore sua procreatis, de super Eisdem
Bonis contracta obvenerunt, videlicet Poniemoynie Got-
godziski, Hustat, et Pohost in Duobus Millibus Se-
xagenarum Grossorum dedit, Donavit et inscripsit,
reservans sibi nihilominus Bonorum ipsorum Utro-
rumq Possessionem et Usufructum ad Tempora alias
ad Finem Vitæ suæ; Volentes itaq nos Elisabeth Ipsam
pro ea Ipsius erga Nos propensione singulari Gra-
tia Nostra reddere consolatam, et orbitati Illius cle-
menter succurrere, Ipsam et omnia Bona Ejus in
specialem Curam, Tuitionem et Protectionem Nostram
suscepimus et suscipimus per presentes et volentes
Eam singulari Protectionis Nostræ fautari et gaude-
re Presidio et Patrocinio, pollicemur, preterea quod
Ipsam Elisabeth in pacifica et libera Bonorum
predictorum omnium et singulorum Possessione et
Usufructu, itaquemadmodum Ipsa sibi reservavit, ad
Finem Vitæ suæ integre et absq omni impedimento
conservabimus, Nec licebit Nobis nec Serenissimæ Re-
ginæ Consorti Nostræ neq Filio Nostro Eam quoad vi-
xerit de Bonis prefatis movere, neq quovis modo
alienare, et insuper Eand. Elisabeth ubendi Gratia

nostræ

nostra prerogativa prosequi volentes, Eam ab omni-
bus servitijs nostris et quibusvis expeditionibus Terre-
stribus sibi Bonorum predictorum ratione incum-
bentibus eximimus, absolvimus et libertamus ita
quod Ipsa non tenebitur Copias aliquas ex Bonis
Suis ad expeditiones ipsas mittere, sed in omni-
bus Eam quiete et pacifice in Bonis predictis ma-
nere volumus et decrevimus: harum quibus Si-
gillum nostrum Magni Ducatus Lithvanie
presentibus est subappensum Testimonio Litera-
rum. Actum et datum Vilne in Octava Visitatio-
nis Sancte Marie Virginis, Anno Domini Mil-
lesimo Quingentesimo Vigesimo Octavo, Presenti-
bus Reverendissimis et Magnificis Dominis Pau-
lo Lucoriensi Nicolao Kijoviensi Episcopis, Alberto
Gastoldi Palatino Vilnensi et Magni Ducatus
nostri Lithvanie Cancellario, nec non Bielscensi
et Mozyrensi Capitaneo et alijs aulicis nostris
circa premissa Testibus. Sigismundus Rex scri-
psit. Oblate sunt preterea et alie Litere in et
super Villa Gluchow etiam ab Eod. Serenissimo
Domino Parente nostro Colendissimo Eid. Palati-
ne Trocensi concesse, quibus quoq in Hereditatita-
te et Usufructu Eam ad Tempora Vite Ipsius con-
servare dignatus. Quas etiam Literas ut confirma-
re dignaremur, sumus rogati. Quar Tenor est iste. Si-
gismundus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dux
Lithvanie, Russie, Prussie, Samogitie, Masovieq.
Dominus et Heres. Significamus Tenore presentium
Universis, presentibus et futuris harum Notitiam habi-
turis,

habituris, Quomodo Magnifica Elisabeth Hlebowa olim
Magnificorum Joannis Sapiha Podlaseensis et succes-
ve Gregorij Oszczylowicz Trocensis Palatinorum Relicta,
Heres in Mordy et Gluchowo cupiens Majestati nostre
tanto plus gratificari Villam suam seu Bona Glu-
chowo per Eam empta circa Mordy existentem sponte
et liberaliter nobis donaverit, post mortem Ejusd. Domi-
ne Elisabeth pariter cum Mordy ad nos devolventes. Quam
Donationem nos grate acceptavimus, et nihilominus
volumus ut Ipsa Domina Elisabeth prefata Bona
sua Gluchowo taliter nobis donata ad Tempora Vite
sue pacifice et quiete possideat et Eisd. integre
juxta velle suum utifruatur. Quam, pollicemur in
pacifica et libera prefatorum Bonor. Gluchowo
Possessione gratiose conservare, et manutenere,
nec licebit nobis et Serenissime Domine Regine
Consorti nostre Carissime neq Filio nostro Eam quo
adixerit de predictis Bonis movere, neq quovis modo
ab Ead. prefata Bona Gluchowo alienare, in cujus
Rei Robur et Testimonium presentes Literas Manu
nostra Regia subscriptas Sigilli nostri subimpressio-
ne jussimus communiri. Datum Vilne Feria Secun-
da post Dominicam Judica proxima; Anno Domi-
ni Millesimo Quingentesimo Vigesimo, Nono. Sigis-
mundus Rex scripsit. Reproducta insuper est Concor-
dia ex Actis Terrestribus per Nobilem Sebastianum
Wirowski nomine suo ac nepotum suorum Stani-
slai Mathie et Petri Puerorum olim Nobilis Nico-
laj de Ead. Wirowa facta et coram Serenissima Re-
gia Paterna Majestate recognita, et deinde ad Acta

Terrestria

Terreſtria Drohicienſia sub Actu Feria Secunda ante
te Festum Undecim Millium Virginum Anni Domi
ni Millesimi Quingentesimi Quadragesimi inducta
Exhibita demum Emptio ex Actis Terrestribus etiam
Drohiciensibus sub Actu Feria Secunda infra Octavas
Corporis Christi Domini Anni Domini Millesimi,
Quingentesimi, Quadragesimi Quarti Quarundam
Sortium in Bonis Wirowo in Districtu Drohicien
si consistentium, per Nobiles Stanislaum, et Ma
thiam ac Petrum Minorennem, pro Quo praefati Fra
tres caverunt et ratihabitionem fidejusserunt
Filios olim Nobilis Stanislai Wirowski facta
Quae quidem Omnia tamen Literis prioribus
Originalibus binis a Serenissima Regia Paterna
Majestate concessis quam in tris posterioribus Actis
Contenta, ut confirmare et approbare dignaremur,
est nobis humiliter supplicatum. Nos itaq Sigis
mundus Augustus Rex praefatis supplicationi
bus Reverendissimi in Christo Patris Domini Sa
muelis Maciejowski Episcopi Plocensis et Ele
cti Cracoviensis Regniq nostri Vicecancellarij beni
gniter annuendo, commendatam etiam etiam haben
tes Ipsius Palatinae Trocensis tam in Serenissi
mum Dominum Parentem Nostrum Colendissimum
quam etiam in Nos Ipsos propensionem, et volunta
tem, et praesertim quod etiam nunc Bona Wirowo,
Gluchowo, et Jayki per Ipsam perpetuo empta, mota
amore in nos speciali, Nobis pollicita est per Literas
suas ad Acta Terrestria Drohiciensia inscribere ac do
nare

donare, Literas praeinsertas uti praemissum est Privilegiorum
tum etiam Actorum Terrestrium praefatorum sanas, salvas omni
que vitio suspitionis omnino carentes, in omnibus et
singulis earum punctis, clausulis, conditionibus et articu
lis innovandas, approbandas, ratificandas et confirman
das esse duximus prout innovamus approbamus, rati
ficamus et confirmamus, per praesentes decernendo il
las, et illarum omnia contenta, robur debitae firmita
tis obtinere debere ad vitae usq suae extrema Tempo
ra: ut autem praedicta Palatina Trocensis Nostrae
erga se Clementiae uberiora habeat Testimonia, nos
Illam ac Ejus omnia Bona Quemadmodum et a Sere
nissimo Domino Parente Nostro Colendissimo ante
hac accepta fuerat, in Nostram etiam Regiam Tutellam
et Protectionem accepimus, Eamq in Possessione et in
Usufructu Omnium Bonorum Paternorum Maternorum
Emptitium, et a Curia nostra Vilnensi Viginti Se
ptem Servitiorum, ac etiam a Curia Skarsdominen
si Octo Servitiorum, ad Bona Ipsius Palatinae
Trocensis Golgodziski in Ducatu Samogitiae restitu
tum, et aliorum omnium Bonorum quomodocunq ubi
libet in Ducatu Magno nostro Lithuaniae Ipsam
convenientium, et tam Serenissimo Domino Parenti
nostro Colendissimo inscriptorum, quam etiam Nobis Ipsis
inscribendorum ad Tempora Vitae praedictae Palatinae Tro
censis conservamus. itaq omnia Bona praefata ac etiam
Bona Golgodziski et Pomimogne in Samogitia ac
Pohost et Hastat in Districtu Braclaviensi sita
nec non

nec non Bona Korczewo, Samowo et Grichowo dicta in Districtu Drohiciensi sita a Fratre suo Germano Generoso Nicolao Hlebowicz Palatinida Polocensi ad Tempora Vitae suae habita, ab omnibus Oneribus Terrestribus Ducatus hujus et Illam ab omnimoda Bellica expeditione quocunque illa futura est, ita Liberam facimus: ut omnino non sit adstricta nec Virum quidem Equitem, aut Pedestrem ex omnibus Bonis suis in Publicam expeditionem mittere, aut statuere, sed ut quietam Vitam Domi semper agat, sub hac ejusdem nostra Protectione, qua Ipsam gaudere volumus ad extrema usque Vitae suae Tempora, quocirca Vobis omnibus et singulis tam Spiritualibus quam Saecularibus Dignitarijs et Officialibus, Episcopis, Palatinis, Capitaneis, Vicecapitaneis, Judicibus et quarumcunque Dignitatum et praeeminentiarum Praefectis Eorumque Vicegerentibus Terrestribus, Castrensibus Terrarum quarumcunque seu Palatinatuum in Magno Ducatu Isto nostro Lithvaniae, ubi bet et contitutis mandamus: ut ne Judicium sibi Ullum de Magnifica Palatina Trocensi, sub Tutella et Protectione nostra hac Regia sumere praesumatis aut audeatis; sed si ad aliquam Illorum Jurisdictionem ad cujuscunque tandem Personae Instantiam fuerit citata, eam ad Nos remittatis cum toto Causae suae effectu. Nos autem ut alias solemus cuilibet de Illa quaerenti Justitiam congruam soli administrabimus, nolumus enim omnino illos aliquam

subesse

subesse, quos semel in Patrocinium et Curam Tutelamque nostram accepimus. pro Gratia itaque nostra et severa indignatione Regia, aliter facere non audeat quisquam: harum quibus Sigillum Nostrum Magni Ducatus nostri Lithvaniae est subappensum Testimonio Literarum. Datum in Venationibus nostris in Curia Brotowicz Die Decima Januarij Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo Sexto. Sigismundus Augustus Rex scripsit.

Ex actis Terrestribus
Droh. Rescriptum
Biały. V.D.T.D.

Legi Kalicki

Literae Sacrae Regiae
Maiestatis pro Ill.ma
Sapiezyna serviens
Oblata
17 1546bris

111|365